Prologi in euangeliſtas.

Incipit epiſtola beati Hieronimi ad Damaſum papam in quattuor euangeliſtas.

BEatiſſimo pape Damaſo · Hieronimus. Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt poſt exemplaria ſcripturaꝝ toto orbe diſperſa quaſi quidam arbiter ſedeam ⁊ q̄r inter ſe variant que ſint illa que cum greca conſentiant veritate: decernam. Pius labor ſed periculoſa p̄ſumptio · iudicare de ceteris · ipſuꝫ ab omnibus iudicanduꝫ: ſenis mutare linguā et caneſcentem mundum ad initia retrahere paruuloꝝ. Quis em̄ doctus pariter vel indoctus: cum in manus volumen aſſumpſerit · ⁊ a ſaliua quam ſemel imbibit viderit diſcrepare quod lectitat · non ſtatim erumpat in vocem me falſariū me clamans eſſe ſacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere · mutare · corrigere? Aduerſus quā inuidiā duplex cauſa me conſolat̄: q̄ ⁊ tu qui ſumm⁹ ſacerdos es · fieri iubes · et verum non eſſe q̄d variat · etiam maledicoꝝ teſtimonio comprobat̄. Si em̄ latinis exemplaribus fides eſt adhibenda: reſpondeāt quib⁹ tot ſunt exēplaria pene quot codices Sin aūt veritas ē querēda de pluribus cur non ad grecam originē reuertētes · ea q̄ vel a vicioſis interpretibus male edita. vel a p̄ſumptoribus imperitis emendata peruerſius · vel a librarijs dormitantibus aut addita ſunt aut mutata corrigimus? Neq̄ꝫ vero ego de veteri diſputo teſtamēto: q̄d a ſeptuaginta ſenioribus in grecam linguam verſum · tercio gradu ad nos vſq̄ꝫ p̄uenit. Non quero quid aquila quid ſymmachus ſapiāt quare theodocion inꝰ nouos et veteres medi⁹ incedat. Sit illa vera interpretatio: quā apoſtoli probauerūt. De nouo nūc loquor teſtamento quod grecum eſſe non dubium eſt: excepto apoſtolo Mattheo · qui primus in iudea euangeliū chriſti hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in noſtro ſermone diſcordat: et diuerſos riuuloꝝ tramites ducit vno de fonte querendum eſt. Pretermitto eos codices quos a Luciano ⁊ Heſicio nūcupatos paucoꝝ hominum aſſerit p̄uerſa cōtentio: quib⁹ vtiq̄ꝫ nec in veteri inſtrumēto poſt ſeptuaginta interpretes emēdare q̄d licuit · nec in nouo profuit emēdaſſe: cū multaꝝ gentiū linguis ſcriptura ante tranſlata doceat falſa eſſe q̄ addita ſunt. Igitur hec p̄ſens p̄fatiuncula pollicetur quattuor tm̄ euangelia: quoruꝫ ordo eſt iſte · Mattheus · Marcus · Lucas · Johannes · codicū grecoꝝ emēdata collatōne ſed veteꝝ: q̄ nec multum a lectionis latine conſuetudine diſcreparent ita calamo imperauimus: vt his tm̄ que ſenſum videbantur mutare · correctis · reliqua manere pateremur vt fuerāt. Canones quoq̄ꝫ quos Euſebius ceſarienſis epiſcopus alexādrinū ſecutus ammoniū in decem numeros ordinauit: ſicut in greco habentur expreſſimus. Q̄d ſi quis de curioſis voluerit noſſe que in euangelijs vel eadem vel vicina vel ſola ſint: eoꝝ diſtinctione cognoſcet. Magnus ſiquidem hic in noſtris codicibus error inoleuit: dum q̄d in eadem re alius euāgeliſta plus dixit · in alio q̄r minus putauerint · addiderunt: vel dum eundem ſenſum alius aliter exp̄ſſit · ille qui vnū e quattuor primū legerat · ad eius exemplū ceteros quoq̄ꝫ eſtimauerit emēdādos. Vn̄ accidit · vt apud nos mixta ſint omnia · ⁊ in Marco plura Luce atq̄ꝫ matthei. Rurſum in Mattheo plura Johānis ⁊ Marci: ⁊ in ceteris reliquoꝝ q̄ in alijs propria ſunt inueniantur. Cum itaq̄ꝫ canones legeris qui ſubiecti ſunt confuſionis errore ſublato · ⁊ ſimilia omniū ſcies · ⁊ ſingulis ſua queq̄ꝫ reſtitues. In canone primo concordāt quattuor · Mattheus · Marcus · Lucas · Johānes. In ſecundo tres · Mattheus · Marc⁹ Lucas. In tercio tres · Mattheus · Lucas Johannes. In quarto tres · Mattheus · Marc⁹ · Johānes. In quinto duo · Mattheus · Lucas. In ſexto duo · Mattheus · Marcus. In ſeptimo duo · Matthe⁹ · Johannes. In octauo duo · Lucas · Marc⁹. In nono duo · Lucas · Johannes. In decimo · propria vnuſquiſq̄ꝫ que non habent̄ in alijs ediderunt. Singulis vero euangelijs ab vno incipiēs vſq̄ꝫ ad finē librorū diſpar numerus accreſcit. Hic nigro colore p̄ſcriptus ſub ſe habet alium ex minio diſcolorē numerū: qui ad decem vſq̄ꝫ procedens indicat prior numer⁹ in quo ſit canone requirendus. Cum ergo aperto codice: verbi gratia: illud ſiue illud capituluꝫ ſcire volueris cui⁹ canonis ſit: ſtatim ex ſubiecto numero doceberis · ⁊ recurrens ad principia in quib⁹ canonum eſt diſtincta cōgeries: eodemq̄ꝫ ſtatim canone ex titulo frontis inuento: illum quem querebas numerū eiuſdem euangelij qui et ipſe ex inſcriptōe ſignat̄ inuenies: atq̄ꝫ e vicino ceterorū tramitib⁹ inſpectis: quos numeros e regione habeant adnotabis: et cum ſcieris · recurres ad volumina ſingulorum ⁊ ſine mora repertis nūeris quos an̄ ſignaueras · reperies ⁊ loca in quibus vel eadem vel vicina dixerūt. Opto vt in chriſto valeas · ⁊ memineris mei papa beatiſſime.

Incipit prologus ſancti Hieronimi.

PLures fuiſſe qui euangelia ſcripſerūt Lucas euangeliſta teſtatur dicēs: Qm̄ quidem multi conati ſunt ordinare narrationem rerum que in nobis complete ſunt · ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt ſermonem · ⁊ miniſtrauerūt ei · ⁊ p̄ſeuerantia vſq̄ꝫ ad preſens tempus monumēta declarant: que a diuerſis autoribus edita diuerſarū hereſum fuere principia · vt eſt illud iuxta egiptios · ⁊ Thomā · ⁊ Matthiā et Bartholomeū · duodecim quoq̄ꝫ ap̄lorū et baſilidis atq̄ꝫ apollinis ac reliquorū quos

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Prologi in euangeliſtas.

enumerare longiſſimū eſt·cum hec tm̄ im-
pſentiarꝝ neceſſe ſit dicere·extitiſſe quoſdā
qui ſine ſpū ⁊ gratia dei conati ſunt magis
ordinare narrationē·q̄ꝫ hiſtorię texere veri
tatem. Quibus iure pōt illud propheticuꝫ
coaptari·Ve q̄ prophetāt d' corde ſuo·qui
ambulant poſt ſpm̄ ſuum·qui dicunt·hec
dicit dn̄s·⁊ dn̄s nō miſit eos. De quib' et
ſaluator in euangelio Johānis loquitur.
Omnes qui ante me venerūt:fures fuerūt
et latrones. Qui venerūt:nō qui miſſi ſūt.
Ipſe eni ait:Veniebant·⁊ ego nō mittebā
eos. In venientibus pſumptio temerita-
tis·in miſſis obſequiū ſeruitutis eſt. Eccle
ſia aūt q̄ dn̄i voce ſupra petrā fundata eſt·
quā introduxit rex in cubiculū ſuum·⁊ ad
quā per foramē deſcenſionis occulte miſit
manū ſuam ſimilis damulę hinnuloqꝫ cer
uorū·quattuor flumia padiſi inſtar eructu
ans quattuor ⁊ angulos ⁊ annulos habet·
per quos quaſi arca teſtamenti ⁊ cuſtos le
gis dn̄i lignis mobilib' vehitur. Primus
omniū Mattheus eſt publicanus cogno-
mento leui:qui euangeliū in iudea hebręo
ſermone edidit ob eorū vel maxime cauſaꝫ
qui in hieſū crediderāt ex iudeis:et nequa
q̄ꝫ legis vmbra ſecedente euangelij verita
tem ſeruabant. Secūdus Marcus inter-
pres apoſtoli Petri·⁊ alexandrinę eccleſię
primus epūs:qui dn̄m quidem ſaluatoreꝫ
ipſe nō vidit:ſed ea quę audierat magiſtrū
pdicantē·iuxta fidem magis geſtoꝝ narra
uit q̄ꝫ ordinem. Tercius Lucas medicus
natione ſyrus antiocēſis·cui' laus in euā-
gelio:qui ⁊ ipſe diſcipul' apoſtoli pauli in
achaię bythinięq̄ꝫ partibuſ volumen cōdi
dit·q̄dam altius repetens·⁊ vt ipſe in pro-
hemio confiteť audita magiſ q̄ꝫ viſa deſcri
bens. Ultimus Johannes apl's ⁊ euange
liſta quem hieſus plurimū amauit·qui ſup
pectus dn̄i recūbens puriſſima doctrinaꝝ
fluenta potauit·⁊ qui ſolus de cruce meru-
it audire. Ecce mater tua. Is cum eſſet in
aſia·⁊ iam tūc hereticoꝝ ſemina pullularēt
cherinthi·⁊ hebionis·⁊ ceteroꝝ qui negāt
chriſtū in carne veniſſe:quos ⁊ ipſe in ep'la
ſua antichriſtos vocat·⁊ apl's paulus fre-
quenter percutit:coactus eſt ab omnibus
pene tūc aſię epiſcopis·⁊ multarū eccleſia-
rum legationibus de diuinitate ſaluatoriſ
altius ſcribere·⁊ ad ipſuꝫ:vt ita dicam:dei
verbū:non tam audaci q̄ꝫ felici temeritate
prorūpere·vt eccleſiaſtica narrat hiſtoria·
cum a fratribus cogeretur vt ſcriberet·ita
facturū ſe reſpondiſſe:ſi indicto ieiunio in
commune omnes deū deprecarētur. Quo
expleto·reuelatōne ſaturatus in illud pro-
hemium celo veniens eructauit: In princi
pio erat verbū ⁊ verbum erat apud deuꝫ·
⁊ deus erat verbum·hoc erat in principio
apud deum. Hęc igitur quattuor euange
lia multo ante prędicta Ezechielis quoqꝫ
volumen probat·in quo prima viſio ita cō
texiť. Et in medio ſimilitudo quattuor ani-
malium ⁊ vultus eoꝝ·facies hominis ⁊ fa
cies leonis·⁊ facies vituli·⁊ facies aquilę
Prima hominis facies Mattheū ſignifi-
cat·qui quaſi de homīe exorſus ē ſcribere:
Liber generationis hieſu chriſti filij dauid
filij abraam. Secunda marcū·in quo vox
leonis in heremo rugientis auditur: Vox
clamantis in deſerto·parate viam domini·
rectas facite ſemitas eius. Tercia vituli·q̄
euangeliſtā lucā a zacharia ſacerdote ſum-
pſiſſe initium pfigurat. Quarta iohanneꝫ
euangeliſtam·qui aſſumptis pennis aq̄lę
⁊ ad altiora feſtinans·de verbo dei diſpu-
tat. Cętera quę ſequuntur in eundem ſen-
ſum proficiunt. Crura eoꝝ recta ⁊ pennati
pedes·⁊ quocunq̄ꝫ ſpūs ibat·ibant·⁊ non
reuertebanť·⁊ dorſa eorum plena oculis·⁊
ſcintillę ac lampades in medio diſcurrētes·
⁊ rota in rota·⁊ in ſingulis quattuor faci-
es. Unde ⁊ apocalipſis iohannis·poſt ex-
poſitionem vigintiquattuor ſenioꝝ qui te
nentes citharas ⁊ phialas adorātes agnū
dei·introducit fulgura atq̄ꝫ tonitrua·⁊ ſep
tem ſpiritus diſcurrentes·⁊ mare vitreuꝫ·
⁊ quattuor animalia plena oculis dicens:
Animal primum ſimile leoni·⁊ ſecundū ſi-
mile vitulo·⁊ terciū ſimile homini·⁊ quar-
tum ſimile aquilę volanti. Et poſt paululū
Plena inquit erant oculis·⁊ requiem nō
habebant die ac nocte·dicentia: Sanctus
ſanctus ſanctus dominus deus omnipo-
tens·qui erat·⁊ qui eſt·⁊ qui venturus eſt.
Quibus cunctis perſpicue oſtendiť·quat-
tuor debere tm̄ euangelia ſuſcipi·⁊ omnes
apocryphoruꝫ nenias mortuis magis hę
reticis q̄ꝫ eccleſiaſticis viuis canendas.

Argumentū in euangelium ſcd̄m Mattheum incipit.

Mattheus ex
iudea ſicut in ordine
prim' ponitur:ita euā
gelium in iudea primus ſcripſit:
cuius vocatio ad deum ex publi
                    vel duo.
canis actibus fuit:duoꝝ in gene
            i·dauid et abrahā
ratōne chriſti principia pſumēs:
abrahe·ſ·   fuit.
vnius cui' prima circumciſio in
      ſ·dauid.   dn̄i·ſ·
carne:alterius cuius ſcd̄um cor
ſaule reprobato.   vel partibus
electio fuit. Ex vtriſq̄ꝫ em̄ pribus
ſuple natus eſt.
chriſt'. Sicq̄ꝫ quaterdenario nu-
                        generatōnis·ſ·
mero triformiter poſito:pricipiuꝫ
i·ab abrahā vel via dauid.
a credendi fide in electionis tem-
pus porrigēs·⁊ ex electōe vſq̄ꝫ in
tranſmigrationis diem dirigens:
atq̄ꝫ a tranſmigrationis die vſq̄ꝫ

Modus tractādi
talis eſt. Prius ge-
nealogiam chriſti de
ſcribit·diſtinguēs eā
per tres the'ſſeredec-
cades·poſt ait de nu-
tritura ſaluatoris·et
de aduentu magorū
in bethleem·⁊ de occi
ſione paruuloꝝ·dein
de de baptiſmo chri-
ſti ⁊ ieiunio·xl·dierū·
⁊ de temptatōe tripli
ci. Poſtea d' doctrīa
eius·ſ·de ſermone ha
bito in mōte. deinde
geſta ⁊ miracula chri
ſti exponit· Tandē d'
paſſione·reſurrectōe·
⁊ aſcēſiōe agit. Huic
autem libro Hiero-
nimus prologū pmit
tit in quo oſtēdit vbi
euāgeliū ſcripſerit et
de q̄ximo ſtatu ad q̄ꝫ
dignū ſit aſſūptus·⁊
de quib' ⁊ quo ordi-
ne in hoc euangelio
tractet.

Duorū in ge.
Id eſt·pretermittens